



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

II. D. Paulinvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)



SERIES
 EPISCOPORUM
 COLONIAE.
 PERIODUS I.

SECVLVM PRIMVM.

I. D. MATERNVS.

Maternus Episcoporum omnium Coloniae primus, inter Pontifices Romanos antesignani D. Petri discipulus, & inde discipulorum multorum Magister, cuiusque plurimarum pastor qualis quantusque extiterit, vide Seriem Archi-Episcoporum Trevirensium. Sedit an. 40. mortuus an. 115.

SECVLVM II.

II. D. PAVLINVS.

Sirite scripsit unà cum authoribus aliis Stangefolius Canonicus in Annalibus Circuli Westphalici, primus à D. Materno

terno Ubiorum sacra pascua pastor excoluit D. Paulinus Martyrio gloriosus ; cui tamen adversantur verba Colonizæ notissima hæc :

Pastorale Pedum , quis post hæc rexerit urbis
Agrippæ Veterum nil monumenta docent.

Imò quis ordine tertius Coloniensium Coetum direxerit Præful Colonizæ maximus , his pariter verbis indicant abundè Colonienses :

Tempus edax rerum rapuit quoque nomen & acta ,
Tertius Antistes , queis celebrandus erat.

Nihilominus Stangefolius ex antiquo Chronico perhibere conatus est , loco tertio inter Episcopos Colonienses venisse *Charientium* nomine ; alii verò ab hoc diversi contendunt , tertium Ubiorum Episcopum *Marcellum* fuisse appellatum ; at præter nomen & seculi II. finem posteris relictum , ajunt nihil.

S E C U L U M III.

IV. D. AQUILINVS.

Dum Alexander Severus Imperii fasces tenuit , & hujus Augusta Genitrix Mammea , teste D. Hieronymo , Ecclesiam Orthodoxam honoravit , interea Coloniæ D. Aquilinus illustravit , & virtutum , & doctrinæ Christianæ radiis , quos auxisse plurimùm ea ætate ferunt D. Ursulam , inter Virgines Anglicanas Principem à D. Aquilino , & ministris Sacerdotibus Colonizæ , unà cum Virginum choro numerosissimo sepultam. Verùm non immeritò contradixere huic de D. Ursula narrationi Scriptores & Lectores plurimi , probè gnari , seductos fors multos esse *Maximini* nomine , pro quo legendum esse docent nomen *Maximi* tyranni , adversus Gratianum Imperatorem seculo IV. an. 83. in Anglia , Gallia , & tan-